

# CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BENEVENTANA

BEATIFICATIONIS et CANONIZATIONIS

SERVAE DEI

**TERESIAE MANGANIELLO**

IUVENIS SAECULARIS

E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI

INSPIRATRICIS SORORUM FRANCISCALIIUM IMMACULATINARUM

(1849-1876)

## **DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

*"Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terra e, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita, Pater, quoniam sic fui! placitum ante te" (Mt 11, 25-26).*

Haec Domini lesu precatio aptissime refertur ad iuvenem Teresiam Manganiello, pauperem et litteris expertem, filiam familiae ruricolae ex regione Hirpiniae et Samnii, sapientia divina et Spiritu Domini satis ditatae, quae lapis angularis putatur Congregationis Sororum Franciscalium quae Immaculinae appellantur.

Serva Dei in oppido *Montefusco*, provinciae Abellinensis, archidioecesis Beneventanae, die 1 mensis Ianuarii anno 1849 nata est; sequenti die baptismali aqua abluta est apud paroeciale templum loci et, duos aetatis agens annos, uti mos erat, ibidem sacro chrismate est uncta. Undecima ex duodecim filiis, inter domesticos parietes crescebat in rurali suae terrae natalis ambitu, domesticis et ruricolis operibus iugiter

dedita. Puella indubias dedit testificationes fidelitatis erga baptismum, innocentiae vitae, precocis pietatis et humanae maturitatis. Adhuc adulescens, Christi amore seducta virginitatem promisit et propositionem uxorem constanter respuit.

Eius cursus piae, simplicis et operosae vitae prorsus mutatus est cum Pater Ludovicus Acemese a *Pietradefusi*, recens moderator vicini conventus Fratrum Capuccinorum oppidi *Montefusco*, Tertium Ordinem Franciscalem instituit, cui iuvenis Teresia, duodeviginti annos nata, prima sodalis ex omnibus ferventissima adhaesione suum dedit nomen.

Assidua simulque attenta eius participatio instructionum Patris Ludovici circa naturam et spiritum franciscanum in animo Servae Dei altas egit radices. Tertii Ordinis induit habitum die 15 mensis Maii anno 1870 et eodem die sequentis anni vota nuncupavit. Annorum decursu, in quibus exstitit Tertiaria professa, summo studio ac fervore necnon perfecta laetitia Tertii Ordinis spiritum vixit, praesertim spiritum paenitentiae. Etenim sponte variis mortificationibus et acerbis corporis paenitentis sponte se subiciebat. Erga eam ob singularem aestimationem Patris Ludovici, confessarii et moderatoris spiritualis, ipsa creditum sibi munus assumere debuit Magistrae Novitiarum Tertii Ordinis, et electa est etiam Discreta.

In conventum ingredi cupiebat et promptan sese praebuit ad se cooptandam in communitatem monialium Visitandinarum Sancti Georgii a Samnio vel inter moniales Elisabethinas, quas condiderat Sanctus Ludovicus a Casaurea, quo iam ingressa erat eius soror minor; eius tamen parentes, sive ob summum amorem quo eam prosequerentur, sive ob cumulum munerum quae intra suam frequentem familiam exsequerentur, eius proposito non concesserunt.

Pater Ludovicus, spirituales perpendens divitias et sublimes virtutes Servae Dei, occasionem arripuit et stimulum excogitandi simul cum Teresia Manganiello, uti prima moderatrice, foundationem novae familiae religiosae. Hac de causa ab eo Romam missa est, ubi coram est admissa a Summo Pontifice Pio IX, ex quo super propositam foundationem benedictionem obtinuit.

Fide ac caritatis spiritu illuminata, ecclesiam Fratrum Capuccinorum cotidie frequentabat, nudis pedibus semper percurrens, hiemali tempore pluviam vel nivem perferens et aestivo tempore sub aestuanti sole, asperam viam inter suam colonicam domum et ecclesiam coenobiumque Sancti Aegjdi. Extraordinaria pietate Sacrificio Missae intererat et summa devotione sacro convivio nutriebatur. Assiduam se praebuit in oratione. Filiali cultu honestabat Mariam Virginem, quam praesertim sub Immaculatae et Montis Carmeli titulo excoluit. Ad eam sequenti invocatione mentem convertebat: "O Mater pulcherrima, concede ut in me non ingrediatur quod Deus prohibet!".

Currente anno 1874, dum quodam die in ecclesia sisteret ut oraret, primam gravem pertulit haemoptysim, et sequentes sanguinis eruptiones detexerunt eam tuberculosi affici, quamobrem quodam temporis puncto coacta est lecto teneri. Saepe visitata a suo spirituali Moderatore aliisque sacerdotibus, mira dedit christianae spei, patientiae, serenitatis, humilitatis et oboedientiae exempla. Varii medici aegrotae altematim assidebant, intenti ad servandam eius iuvenem vitam. A suo Confessario suaviter admonita extremam iam instare horam, hilari clamore notitiam excepit. Duodetriginta fere annos agens, animam exhalavit die 4 mensis Novembris anno 1876. Eius exsequiae sollemni ritu sunt celebratae, extraordinaria adstante moltitudine

fideliū, qui ex oppidis quoque vicinis concurrerant, allecti diffusa fama "monachulae sanctae", uti vivens appellabatur.

Memoria Servae Dei post eius obitum constanter perstitit apud innumeram eius familiam, apud Fratres Capuccinos et gentes loci. Temptatum est quoque ut pro eius beatificatione Processus Canonicus promoveretur, qui tamen diversas ob rationes indolis historicae per varia decennia irritus permansit. Anno 1976, primo recurrente saeculo ab eius obitu, Sorores Franciscales Immaculatae, quae Servam Dei habent uti suam Inspiratricem et Spiritualem Matrem, diligenter statuerunt animum intendere ad eius Causam Beatificationis. Anno 1991 apud Curiam Beneventanam celebrata est Inquisitio Dioecesana super fama sanctitatis et heroicis virtutibus. Congregatio de Causis Sanctorum die 12 mensis Decembris anno 1992 congruens validitatis Decretum vulgavit.

Anno 1999 *Positione super virtutibus* usitato more apparata, prius habita est Sessio Consultorum Historicorum die 25 mensis Martii anno 2000, quam secutus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 26 mensis Octobris anno 2007, qui omnes faventem tulerunt sententiam.

Ordinaria Sessio Cardinalium et Episcoporum prima vice habita est die 1 mensis Aprilis anno 2008, qua expleta quaedam adhuc exquisitae sunt explanationes de quibusdam aspectibus vitae et virtutum Servae Dei. Postquam Postulatio Fasciculum Integrativum Positionis porrexit iuxta postulata, iidem Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 2 mensis Iunii anno 2009 congregati, audita relatione Ponentis Causae, Exc.mi D.ni Francisci Croci, edixerunt Servam Dei Teresiam Manganiello, Tertiariam Franciscanam, theologales, cardinales eisque adnexas virtutes heroicum in modum excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Teresiae Manganiello, Iuvenis Laicae e Tertio Ordine Sancti Francisci et Inspiratricis Sororum Franciscalium Immacularum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Iulii A.D. 2009.



† ANGELUS AMATO, S.D.B.

Archiep. tit. Silensis

*Praefectus*



† MICHAEL DI RUBERTO

Archiep. tit. Biccarensis

*a Secretis*

**CONGREGAZIONE DELLE CAUSE DEI SANTI**

BENEVENTANA

CAUSA DI BEATIFICAZIONE E CANONIZZAZIONE

DELLA SERVA DI DIO

**TERESA MANGANIELLO**

GIOVANE LAICA DEL TERZ'ORDINE DI S. FRANCESCO

ISPIRATRICE DELLE SUORE FRANCESCANE IMMACOLATINE

(1849-1876)

**DECRETO SULLE VIRTÙ**

«Ti rendo lode, o Padre, Signore del cielo e della terra, perché hai nascosto queste cose ai sapienti e ai dotti e le hai rivelate ai piccoli. Sì, o Padre, perché così hai deciso nella tua benevolenza» (*Mt* , 11, 25-30).

Questa preghiera del Signore Gesù si applica molto bene alla giovane Teresa Manganiello, povera e analfabeta, figlia di famiglia contadina della terra dell'Irpinia e del Sannio, assai ricca di sapienza divina e di Spirito del Signore, la quale viene considerata la pietra angolare della Congregazione delle Suore Francescane Immacolatine.

La Serva di Dio nacque a Montefusco, in provincia di Avellino, arcidiocesi di Benevento, il 1° gennaio 1849. Fu battezzata il giorno seguente nella chiesa parrocchiale del luogo e, secondo la prassi locale, fu

cresimata all'età di due anni. Undicesima di dodici figli, crebbe tra le mura domestiche nell'ambito della campagna del paese nativo, sempre intenta ai lavori domestici e agricoli. Fin da bambina manifestò indubbi segni di fedeltà al Battesimo, di innocenza di vita, di precoce pietà e di maturità umana. Ancora adolescente, conquistata dall'amore di Cristo, fece promessa di verginità e rifiutò costantemente le proposte di matrimonio.

Il corso della sua vita pia, semplice e laboriosa si trasformò profondamente intorno ai diciotto anni, quando Padre Lodovico Acernese da Pietradefusi, nuovo Superiore del vicino convento dei Padri Cappuccini di Montefusco, impiantò il Terzo Ordine Franciscano, al quale la giovane Teresa diede per prima entusiastica adesione.

L'assidua e attenta frequenza alle istruzioni di Padre Lodovico sulla natura e lo spirito francescano influirono profondamente sull'animo della Serva di Dio, la quale, ricevuto l'abito del Terzo Ordine il 15 maggio 1870, l'anno successivo emise i voti alla stessa data. Nel corso degli anni in cui fu Terziaria Professa visse con sommo impegno e fervore e con perfetta letizia la spiritualità del Terzo Ordine, specialmente lo spirito penitenziale: si sottoponeva, infatti, spontaneamente a varie mortificazioni e gravi penitenze corporali. Per la singolare stima che di lei aveva Padre Lodovico, suo confessore e direttore spirituale, fu incaricata di fungere da Maestra delle Novizie del Terzo Ordine e fu eletta anche Discreta (Consigliera).

Avrebbe desiderato entrare in convento ed espresse fattiva disponibilità a far parte della comunità delle Monache Visitandine di San Giorgio del Sannio o di quella delle Suore Elisabettine fondate da San Ludovico da Casoria dove era già entrata una sorella minore; ma i suoi genitori, sia per il grande affetto che le portavano sia per la mole delle incombenze che ella assolveva nell'ambito della numerosa famiglia, non glielo consentirono.

Padre Lodovico, nell'osservare la ricchezza spirituale e le sublimi virtù della serva di Dio, prese motivo e stimolo per ideare la fondazione di una nuova famiglia religiosa con Teresa Manganiello come prima superiora. Per questo la inviò a Roma, dove fu ricevuta in Udienza da Pio IX, dal quale ottenne la benedizione sulla progettata fondazione.

Illuminata dalla fede e spinta dalla carità, Teresa frequentava ogni giorno la chiesa dei Padri Cappuccini, percorrendo sempre a piedi scalzi, d'inverno sotto la pioggia o la neve e d'estate sotto il sole cocente, il tratto scabroso che distanziava la sua casa colonica dalla chiesa e dal convento di Sant'Egidio. Assisteva con straordinaria pietà alla Santa Messa e riceveva l'Eucaristia con somma devozione. Era assidua nella preghiera. Nutrì una filiale devozione verso la Vergine Maria che onorò specialmente sotto il titolo di Immacolata e di Madonna del Carmine. Si rivolgeva a lei con questa invocazione: «Mamma bella, fate che non entri in me quello che Gesù non vuole».

Nel corso del 1874, mentre si trovava in chiesa in preghiera, soffrì una prima grave emottisi; i successivi sbocchi di sangue misero in evidenza che era affetta da tubercolosi, che la costrinsero ad un certo punto a mettersi a letto. Visitata frequentemente dal suo direttore spirituale e da altri sacerdoti, diede mirabili esempi di speranza cristiana, di pazienza, di serenità, di umiltà, di obbedienza, vivendo nella sofferenza lo spirito delle beatitudini evangeliche. Diversi medici si alternarono al capezzale nel tentativo di salvare la sua giovane vita. Avvertita delicatamente dal confessore che era giunta la sua ora, accolse con un grido di gioia l'annuncio. Esalò l'ultimo respiro il 4 novembre 1876 all'età di poco meno di ventotto anni. I funerali furono molto solenni e si svolsero con straordinaria partecipazione di una moltitudine di gente, venuta anche dai paesi vicini, attratta dalla diffusa fama della «monachella santa», come era chiamata in vita.

Il ricordo della Serva di Dio si mantenne costante dopo la sua morte nell'ambito della numerosa parentela, tra i Padri Cappuccini e tra la gente del luogo. Ci fu anche qualche tentativo di dar vita al Processo Canonico per la sua Beatificazione, che però per vari decenni rimase frustrato per varie ragioni di indole storica. Nel 1976, in occasione del primo centenario della sua morte, le Suore Francescane Immacolatine, che considerano la Serva di Dio come loro Ispiratrice e Madre Spirituale, decisero di interessarsi fattivamente alla sua Causa di Beatificazione. Nell'anno 1991 presso la Curia Arcivescovile di Benevento fu celebrata l'Inchiesta Diocesana, la cui validità giuridica è stata riconosciuta dalla Congregazione delle Cause dei Santi con decreto del 12 dicembre 1992. La *Positio sulle virtù* (il Volume che raccoglie le prove), fu esaminata dapprima dalla seduta dei Consultori Storici, il 25 marzo 2000, poi dal Congresso Peculiare dei Consultori Teologi il 26 ottobre 2007: entrambi hanno concluso che l'eroicità delle virtù è storicamente e teologicamente provata. La Sessione Ordinaria dei Cardinali e Vescovi si tenne una prima volta il 10 aprile 2008, al termine della quale furono richiesti chiarimenti su alcuni punti della vita e delle virtù della Serva di Dio. Dopo che la Postulazione ebbe presentato, come richiesto, un dossier integrativo della *Positio*, i medesimi Cardinali e Vescovi nella Sessione Ordinaria del 2 giugno 2009, sentita la relazione di Sua Eccellenza Reverendissima Mons. Franco Croci, Ponente della Causa, hanno concluso che la Serva di Dio ha esercitato in modo eroico le virtù teologali, cardinali e annesse.

Presentata quindi un'accurata relazione delle fasi processuali al Sommo Pontefice Benedetto XVI da parte del sottoscritto Arcivescovo Prefetto, il Beatissimo Padre, accogliendo e ratificando i voti della Congregazione delle Cause dei Santi, nel sottoscritto giorno ha dichiarato: *Constano le virtù teologali della Fede, Speranza e Carità sia verso Dio sia verso il prossimo nonché le cardinali della Prudenza, Giustizia, Temperanza e Fortezza e di quelle annesse, in*

*grado eroico, della Serva di Dio Teresa Manganello, giovane laica del Terzo Ordine Francescano e Ispiratrice delle Suore Francescane Immacolatine, nel caso e per il fine di cui si tratta.*

Il Beatissimo Padre ha dato mandato di rendere pubblico questo Decreto e di trascriverlo negli Atti della Congregazione delle Cause dei Santi.

Dato a Roma il giorno 3 del mese di luglio dell'Anno del Signore 2009.

† ANGELO AMATO, S.D.B.  
Arcivescovo titolare di Sila  
*Prefetto*

† MICHELE DI RUBERTO  
Arcivescovo titolare di Biccari  
*Segretario*